



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search


Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

Gp 82.300

PLATO  
CONVIVIUM

Gp 82.300

Harvard College  
Library



FROM THE FUND GIVEN BY

Stephen Salisbury

Class of 1817

OF WORCESTER, MASSACHUSETTS

For Greek and Latin Literature














•

P L A T O N I S  
C O N V I V I U M

CUM

EPISTOLA AD THOMPSONUM

E D I D I T

C A R O L U S B A D H A M.

---

LONDINI ET EDINAE APUD WILLIAMS ET NOR GATE.

JENAE, FR. FROMMANN. 218M

MDCCCLXVI.— \* 37-64

Gp 82.300

1872, Apr. 23.  
Salisbury Fund.

DE

PLATONIS LEGIBUS  
EPISTOLA.



VIRO DOCTISSIMO

GUILELMO HEPWORTH THOMPSON

CAROLUS BADHAM SAL.

---

QUUM nuper, mi Thompson, Platonis aliquot de Legibus libros denuo tractavissem, vidi semque multa ibi satis probabiliter corrigi posse, quæ antea nimis celeri desperatione tanquam insanabili morbo affecta preterieram, extemplo, ut fit, mecum agitare coepi, quomodo conjecturas meas cum paucis illis communicarem, quibus oratio Platonis a barbarie et sordibus recuperata aliquid jucunditatis allatura esset. Tandem haec, quantulacunque sint, seorsim vulgare constitui et ad te mittere, utpote ad judicem maxime idoneum eundemque æquissimum. Quis enim melius intelligit et quam mendosi sint illi libri, et quam digni tamen qui legantur? Atque utinam quidem aliquo modo tibi persuadere possem ut ipse te huic operi accingeres, et nota illa tua doctrina in Legibus recensendis uterere; tum enim non modo illud appareret quod fere omnibus notum est, philosophiæ et orationis Platonicaæ peritissimum te esse, verum etiam illud quod pro modestia tua vulgo ostendere noluisti, conjectorem te esse posse felicissimum. Memini quum paucis post Philebum editum diebus literas tuas accepissem, quam graviter tulerim quod correctionem quandam tuam non oppertus essem. Hanc quoniam, sicut multas alias acute repertas, nunquam vul-

gasti, hic apponam, quo omnes ex uno specimine intelligent, quam præclararam, si modo velles, in sermone Platonico operam navares. In Phileb. 58, A, legitur. *Πρω: τίνα δὲ ταύτην αὖ δεῖ καλεῖν; Σω: Δῆλον ὅτι ἡ πᾶσαν τὴν γε νῦν λεγομένην γνοίη.* Rectissime rescribi jussisti: *Δῆλον ὅτι πᾶς ἀν τὴν γε νῦν λεγομένην γνοίη.* Possem plurima alia exempla proferre, unde discerent illi in quos nuper invectus sum conjecturarum irrisores, te quoque in cœtu nostro numerandum esse, utpote qui raro quidem apud nostrates sed tamen saluberrimo exemplo ultra codices sapere audeas, et tuo Græcitat<sup>s</sup> sensui contra Græculorum stuporem confidere. Quare non miraberis, vir amicissime, quod opellam meam in hoc libro collocatam tibi inscribo; quippe ratus sum multos fore qui quamvis epistolam tanquam a me scriptam legere vix dignarentur, tamen utpote ad te missam inspicere non recusarent. Primum igitur universæ disputationis tanquam duo fundamenta jaciam, quæ vera sint necne tute dijudicabis. Contendo igitur hoc opus dupli corruptelarum genere quicquid est literarum Græcarum longe exsuperare, sciolorum additamentis, et singulorum vocabulorum syllabis extremis perperam scriptis. Quomodo autem id scio, quibusve argumentis probare possum? Nempe si bonum numerum locorum attulero, quibus nec pes nec caput constet, hisque modo resecto emblemate, modo mutatis extremis syllabis, nitorem et sensum restituero, necessario, ut opinor, sequeatur multos alias locos esse, qui similem medicinam expectent. Questionem ab exemplis totam pendere intelligis, neque si rem ita esse probavero, ullo me jure teneri ut causam cur hoc ita factum sit afferam. Veruntamen ne de causa quidem hariolari recuso. Quidquid est veterum librorum Leges continentium ab uno eodemque libro manasse suspicor; hic autem, ut puto, itidem ab uno codice descriptus est in quo extremae syllabæ compendiis voci superpositis scribebantur; hinc factum est ut qui compendiose scriptum codicem de-

scribebat, quum aut siglarum vim ignoraret, aut ductus non discerneret, s<sup>e</sup>pissime finales syllabas excoxitare coactus sit. Hoc antem utpote ignarus homo et qui ad operis exitum festinaret, ita administravit ut casus et c<sup>a</sup>stera ejusmodi ad proximum quodque vocabulum accommodaret. Num tu putas aliunde accidisse quod v.c. in loco, qui infra citabitur, pro vera lectione ἐφ' ἵππων ὄχοιμένων in omnibus codicibus legitur? Estne hoc ejusmodi peccatum quod semel tantum admittant homines, an potius ex tantæ socordiæ indicis augurari licet multa etiamnum superesse similiter depravata, quæ tum demum ad sanitatem restituentur quum de mala librariorum fide vera sententia prævalebit? Itaque ego hunc laborem pro virili parte nunc aggrediar; sed ne extra epistola<sup>e</sup> fines evagetur disputatio, tres priores tantum libros percurram, verum ita ut in tertio oblata occasione similium mendorum exempla a quatuor vel quinque sequentibus libris expromam. Quo facto periculo spero fore ut, te hortante, alii in eundem campum descendant, unde et sibi laudem et Platonis lectoribus commoditatem pariant necesse est.

Initium faciam in p. 627, ubi legitur: καὶ οὐκ ἀν εἴη πρέπον ἔμοι τε καὶ ὑμῖν τοῦτο θηρεύειν, ὅτι νικώντων μὲν τῶν πονηρῶν η̄ τε οὐλα καὶ η̄ ξυγγένεια αὔτη πάσα η̄ττων αὐτῆς λέγοιτ’ ἀν, κ.τ.έ. Lege δ̄ τι. exquirere, quæ sit ea res in qua si improbi victores fuerint cætt.

P. 628. πότερα δ̄ ἀπολομένων αὐτῶν ἐτέρων [εἰρήνην τῆς στάσεως γενέσθαι] νικησάντων δὲ ποτέρων, δέξαιτ’ ἀν τις μᾶλλον, η̄ φιλίας τε καὶ εἰρήνης ὑπὸ διαλλαγῶν γενομένης, οὕτω τοῖς ἔξωθεν πολεμοῖς προσέχειν ἀνάγκην εἶναι τὸν νοῦν. Quæ uncinis inclusi minime eo consilio scripta sunt ut in orationis seriem reciperentur, sic enim post ποτέρων posita fuissent, sed pro scholio habenda sunt parum quidem utili, quod imperitus librarius e margine recepit.

629. φέρε δή ποτέρους καὶ πρὸς πότερον ἐπαιωῶν τὸν πόλε-



•

P L A T O N I S  
C O N V I V I U M

CUM

EPISTOLA AD THOMPSONUM

E D I D I T

CAROLUS BADHAM.

---

LONDINI ET EDINAE APUD WILLIAMS ET NORRIS.

JENAE, FR. FROMMANN. 218M

MDCCCLXVI. — \*37-64

Gp 82,300

1872, Apr. 23.  
Salisbury Fund.

DE

PLATONIS LEGIBUS  
EPISTOLA.



VIRO DOCTISSIMO

GUILELMO HEPWORTH THOMPSON

CAROLUS BADHAM SAL.

---

QVUM nuper, mi Thomsone, Platonis aliquot de Legibus libros denuo tractavisse, vidi semque multa ibi satis probabiliter corrigi posse, quæ antea nimis celeri desperatione tanquam insanabili morbo affecta præterieram, extemplo, ut fit, mecum agitare coepi, quomodo conjecturas meas cum paucis illis communicarem, quibus oratio Platonis a barbarie et sordibus recuperata aliquid jucunditatis allatura esset. Tandem hæc, quantulacunque sint, seorsim vulgare constitui et ad te mittere, utpote ad judicem maxime idoneum eundemque æquissimum. Quis enim melius intelligit et quam mendosi sint illi libri, et quam digni tamen qui legantur? Atque utinam quidem aliquo modo tibi persuadere possem ut ipse te huic operi accingeres, et nota illa tua doctrina in Legibus recensendis uterere; tum enim non modo illud appareret quod fere omnibus notum est, philosophiæ et orationis Platonicae peritissimum te esse, verum etiam illud quod pro modestia tua vulgo ostendere noluisti, conjectorem te esse posse felicissimum. Memini quum paucis post Philebum editum diebus literas tuas accepissem, quam graviter tulerim quod correctionem quandam tuam non opportus essem. Hanc quoniam, sicut multas alias acute repertas, nunquam vul-

gasti, hic apponam, quo omnes ex uno specimine intelligent, quam præclaram, si modo velles, in sermone Platonico operam navares. In Phileb. 58, A, legitur. *Πρω: τίνα δὲ ταύτην αὐδεῖ καλεῖν; Σω: Δῆλον ὅτι οὐ πᾶσαν τὴν γέ νῦν λεγομένην γνοίη.* Rectissime rescribi jussisti: *Δῆλον ὅτι πᾶς ἀν τὴν γέ νῦν λεγομένην γνοίη.* Possem plurima alia exempla proferre, unde discerent illi in quos nuper invectus sum conjecturarum irrisores, te quoque in cœtu nostro numerandum esse, utpote qui raro quidem apud nostrates sed tamen saluberrimo exemplo ultra codices sapere audeas, et tuo Græcitatatis sensui contra Græculorum stuporem confidere. Quare non miraberis, vir amicissime, quod opellam meam in hoc libro collocatam tibi inscribo; quippe ratus sum multos fore qui quamvis epistolam tanquam a me scriptam legere vix dignarentur, tamen utpote ad te missam inspicere non recusarent. Primum igitur universæ disputationis tanquam duo fundamenta jaciam, quæ vera sint necne tute dijudicabis. Contendo igitur hoc opus duplici corruptelarum genere quicquid est literarum Græcarum longe exsuperare, sciolorum additamentis, et singulorum vocabulorum syllabis extremis perperam scriptis. Quomodo autem id scio, quibusve argumentis probare possum? Nempe si bonum numerum locorum attulero, quibus nec pes nec caput constet, hisque modo resecto emblemate, modo mutatis extremis syllabis, nitorem et sensum restituero, necessario, ut opinor, sequeatur multos alias locos esse, qui similem medicinam expectent. Questionem ab exemplis totam pendere intelligis, neque si rem ita esse probavero, ullo me jure teneri ut causam cur hoc ita factum sit afferam. Veruntamen ne de causa quidem hariolari recuso. Quidquid est veterum librorum Leges continentium ab uno eodemque libro manasse suspicor; hic autem, ut puto, itidem ab uno codice descriptus est in quo extremae syllabæ compendiis voci superpositis scribebantur; hinc factum est ut qui compendiose scriptum codicem de-

scribebat, quum aut siglarum vim ignoraret, aut ductus non discerneret, s<sup>e</sup>pissime finales syllabas excoxitare coactus sit. Hoc antem utpote ignarus homo et qui ad operis exitum festinaret, ita administravit ut casus et c<sup>a</sup>stera ejusmodi ad proximum quodque vocabulum accomodaret. Num tu putas aliunde accidisse quod v.c. in loco, qui infra citabitur, pro vera lectione *ἐφ' ἵππων ὄχοιμένων* in omnibus codicibus legitur? Estne hoc ejusmodi peccatum quod semel tantum admittant homines, an potius ex tantæ socordiæ indicis augurari licet multa etiamnum superesse similiter depravata, quæ tum demum ad sanitatem restituentur quum de mala librariorum fide vera sententia prævalebit? Itaque ego hunc laborem pro virili parte nunc aggrediar; sed ne extra epistola<sup>e</sup> fines evagetur disputatio, tres priores tantum libros percurram, verum ita ut in tertio oblata occasione similium mendorum exempla a quatuor vel quinque sequentibus libris expromam. Quo facto periculo spero fore ut, te hortante, alii in eundem campum descendant, unde et sibi laudem et Platonis lectoribus commoditatem pariant necesse est.

Initium faciam in p. 627, ubi legitur: *καὶ οὐκ ἀν εἴη πρέπον ἐμοί τε καὶ ὑμῖν τοῦτο θηρεύειν, ὅτι νικώντων μὲν τῶν πονηρῶν ἡ τε οὐλα καὶ ἡ ἔντριγένεια αὖτη πάσα ἥττων αὐτῆς λέγοιτ’ ἄν, κ.τ.έ.* Lege δ<sup>i</sup> τι. *exquirere, quæ sit ea res in qua si improbi victores fuerint caett.*

P. 628. *πότερα δ’ ἀπολομένων αὐτῶν ἐτέρων [εἰρήνην τῆς στάσεως γενέσθαι] νικησάντων δὲ ποτέρων, δέξαιτ’ ἄν τις μᾶλλον, ἡ φιλίας τε καὶ εἰρήνης ὑπὸ διαλλαγῶν γενομένης, οὕτω τοῖς ἔξωθεν πολεμίοις προσέχειν ἀνάγκην εἶναι τὸν νοῦν.* Quæ uncinis inclusi minime eo consilio scripta sunt ut in orationis seriem reciperentur, sic enim post ποτέρων posita fuissent, sed pro scholio habenda sunt parum quidem utili, quod imperitus librarius e margine recepit.

629. *φέρε δή ποτέρους καὶ πρὸς πότερον ἐπανῶν τὸν πόλε-*

μονού οὔτως ὑπερεπήμεσας, τοὺς δὲ ἔφεξας τῶν ἀνδρῶν; ἔοικας μὲν γὰρ πρὸς τοὺς ἔκτός. Qui mecum sentit ἐπαινῶν, quod perquam incommodo positum πρὸς πότερον τὸν πόλεμον impedit ne uno tenore decurrat, manere non patietur. Quod vero sequitur, τοὺς ἔκτός, manifestum est grammatico deberi, qui tam Aristarcho similis est quam lupus cani. Lege τὸν ἔκτός. sc. πόλεμον.

630. "Ὀσπέρ τό τ' ἀληθὲς, οἶμαι, καὶ τὸ δίκαιον ὑπέρ γε θείας διαλεγομένους λέγειν. Lege, ὑπέρ γε θείου ἀνδρός; sc. de Minoe." Error ortus est e compendiis neglectis. Θει αρ, superpositis compendiis alteri syllabæ οὐ, alteri ος, quum in θελαρ depravata esset, hoc in θελας mutatum est. Mox legendum videtur: καὶ τὰ εἴδη ζητεῖν αὐτὸν ἐν τοῖς νόμοις, οὐχ ἄπερ οἱ τῶν νῦν νόμων νομοθεταὶ προτιθέμενοι ζητοῦσιν. Scio ὑπέρ γε θείας πολιτείας a nonnullis viris doctis propositum ab Hermanno receptum esse. At non de civitate agitur, sed de viro de quo infra dicitur, ἐτίθει βλέπων, et fortasse etiam ἐζήτει, quod quum in ζητεῖν corruptum esset, αὐτὸν adiectum est.

631. Monui ad Philebum ex Stobæi Ecl. Phys. in καὶ ἐὰν μὲν δέχηται τις τὰ μείζονα πόλις, κτᾶται καὶ τὰ ἐλάττονα—pro πόλις κτᾶται—(Stob. παριστασθαι) legendum παρισταται. Mox lege, μετὰ νοῦ. Alibi τὴν δημάδη σωφροσύνην ab illa quam φρόνησις comitatur discernendam monet. Mox legendum, μετὰ δὲ ταῦτα τὰς ἄλλας πράξεις τοῖς πολίταις εἰς ταῦτα βλεπούσας τούτοις ἔναι διακελευστέον. Quæ enim sequuntur, nuptiæ, liberorum institutiones, adolescentium senumque colloquia et studia, quod aliud nomen quam πράξεις habere possunt? Sin προστάξεις relinquatur, diversi sint necesse erit qui προστάσσουσι ab iis qui διακελεύονται, quod cæteræ orationi contradicit. In Thucydide, v. 89, δινατὰ δὲ οἱ προύχοντες προστάσσουσι pro πράσσουσι legendum monuit Burgesius; in Synesii Epist. 94, init. Codd. alii πράγμασιν, alii recte προστάγμασιν habent.

633. Platonem scripsisse credo : ἡ καὶ πρὸς πόθου τε καὶ ἥδονῆς τινὰς δεινὰς θωπελας, deleto inutili κολακικάς.

635. extr. τὶ διάφερον ἐν ταύταις ταῖς πολιτείας, [ἡ ταῖς] τῶν εἰκῇ πολιτευομένων ἀνευρήσομεν. En purum putum re-censorem qui genitivos illos a διάφερον pendere non intellexit. Præterea legendum μῶν τι, et fortasse ἀνευρήσομεν.

640. νῦν δέ γε οὐ στρατοπέδου περὶ λέγομεν ἄρξοντος ἐν ἀνδρῶν ὁμιλίαις ἔχθρῶν ἔχθροῖς μετὰ πολέμου, φίλων δὲ ἐν εἰρήνῃ πρὸς φίλους κοινωνησόντων φιλοφροσύνης. Lege στρατηγοῦ, πέρι, dele ἐν, lege ὁμιλίας, quod communiter cum ἔχθρῶν et φίλων capiendum est. Hæc si cui audaciora videantur, quæram ex illo, fierine possit ut περὶ a casu suo ἄρξοντος interjecto λέγομεν divellatur: deinde utrum Platone digna videatur antithesis ἄρξων στρατοπέδου—ἄρξων φίλων post-remo quid sibi velit, ἄρχειν στ. ἐν ἀνδρῶν ὁμιλίαις. Ibid. infra. lege, μεθύόντων γὰρ μεθύων καὶ νέων ἄρχων μὴ σοφός.

642. Ἰσως μὲν οὖν καὶ πᾶσι τοῖς παισὶν ἐπειδὴν ἀκούσωσιν ὅτι τινὸς εἰσὶ πόλεως πρόξενοι, ταύτη τις εἴνοια ἐκ νέων εὐθὺς ἐνδένεται ἔκαστον [ἡμῶν τῶν προξένων τῇ πόλει]. Videsis quam pulchre concinuant ἡμῶν et quod sequitur καὶ δὴ καὶ αὐτός. Mox dele πρὸς αὐτὰ, quæ Megillum laudatores juxta atque vituperatores Atheniensium impugnantem efficiunt. His miseri magistelli interpretationibus valere jussis, vide quam pulchre omnia procedant. Duplex affertur causa cur tam amice in Atheniensium civitatem affectus sit; primum quia a civibus suis semper andiebat ἡ σὴ πόλις, deinde quia ἐμάχετο πρὸς τοὺς τὴν πόλιν εἰς ψόγον ἄγοντας.

643. νῦν γὰρ ὄνειδίζοντες ἐπαινοῦντες θ' ἐκάστων τὰς τροφὰς λέγομεν ὡς τὸν μὲν πεπαιδευμένον ἡμῶν ὄντα τινά, τὸν δὲ ἀπαιδευτον, ἐνίστητε εἴς τε καπηλείας καὶ ναυκληρίας καὶ ἄλλων τοιούτων μάλα πεπαιδευμένων σφόδρα ἀνθρώπων. Corrupta hæc esse nemo non videt, sed remedium in promptu est. Lege, καὶ ἄλλα τοιάδε οὐ τῶν μάλα πεπαιδευμένων σφόδρα ἀνθρώπων. Mox ubi de eadem institutione sermo est, absurde

legitur, τὴν δέ εἰς χρήματα τείνουσταν ή τινα πρὸς ἴσχὺν ή καὶ πρὸς ἄλλην τινὰ σοφίαν. Quid sit *aliquid robur* hand facile dixeris; robur autem certum esse *σοφίας* genus, plane inauditum. Robore quidem opus est τῷ σοφῷ πύκτῃ vel *παγκρατιαστῇ*, sed robur ipsum, opinor, non est *σοφία*. Lege, ή τὴν (sc. παιδείαν) πρὸς ἴσχὺν ή καὶ πρὸς ἡμιτυνοῦν σοφίαν.

645. καὶ οὗτω δὴ περὶ θαυμάτων ὡς ὅντων ἡμῶν ὁ μῦθος ἀρετῆς σεσωσμένος ἀν εἴη. Neque ἀρετῆς pro περὶ ἀρετῆς dictum ferri potest, neque fabula illa περὶ ἀρετῆς est, sed περὶ θαυμάτων. Mihi quidem Plato nihil aliud dedisse videtur quam ὁ μῦθος ἃρ' ἔτι σεσωσμένος ἀν εἴη. Alibi dixit ὁ μῦθος ἐσώθη καὶ οὐκ ἀπώλετο; unde liquet proverbium quidem fuisse ὁ μῦθος ἀπώλετο, cuius contrarium de suis fabulis prædicare cum vellet Plato, ἐσώθη invexit. Quam apte rei<sup>2</sup> convenient *ἀρ'* ἔτι Anglice vertendo perspicietur. “And so the tale of our being puppets will yet stand good after all.”

647. ἀρ' οὐκ ἀν νομοθέτης καὶ πᾶς . . . σέβει. L. οὐ καὶ.

649. ὄρθως ἀν τι πράττοι. Dele τι, quod ex male repetita πορτούμ est, et in fine orationis, (nam cætera non attingo,) nullus dubito quin mecum lecturus sis, πρὸς δὲ τὴν ἐσχάτην πόσιν, ἀπαλλάσσοιτο—τὴν πάντων ἡτταν φοβούμενος ἀνθρωπος ἀν—τοῦ πώματος.

654. ὃς ἀν τῇ μὲν φωνῇ καὶ τῷ σώματι μὴ πάνυ δυνατὸς ἦ κατορθοῦν ἡ διανοεῖσθαι, τῇ δὲ ἡδονῇ καὶ λύπῃ κατορθοῖ. Sensus aperte flagitat ἡ διανοεῖται. Mox pro ψυχῆς ἐν πόνοις ἐρχομένης, quod nec Atticum est nec sensui accommodatum, lege ἔχομένης; quam certissimam conjecturam video ab aliis occupatam esse.

655. ἐπειδὴ μιμήματα τρόπων ἔστι τὰ περὶ χορείας, ἐν πράξεοι τε παντοδαπαῖς γυγνόμενα καὶ τύχαις καὶ ἥθεσι καὶ μιμήμασι διεξιόντων ἐκάστων κ.τ.ε. Fieri quidem potest ut aliquis saltando ipsas imitationes imitetur. Sed lusus hujusmodi minime dignus erat qui inter vitae casus, et ingenii

humani affectus poneretur. Itaque καὶ delendum esse apparet; tum mihi quidem magis placeret, μιμήσει διεξόντων ἔκαστα. Hæc scripseram, cum in Hermanni præfatione eandem corrigendi viam partim ab Orellio, partim ab ipso Hermanno inventam vidi. Sed eadem a me reperta cur dissimulem? Quippe non de laude agitur, sed de scriptoris oratione, quam nonnulli patientius ferent correctam, si plures in eadem mutatione conspirantes videbunt. Mox in, τούτους μὲν καὶ τούτους χαίρειν τε καὶ ἐπαινεῖν αὐτὰ . . . ἀναγκαῖον, pro non ferenda conjunctione præpositionem, quacum plus semel in libris confusa est, reducendam censeo: τούτους μὲν ἐπὶ τούτους χαίρειν. Idem remedium infra in p. 691 adhibendum erit.

656. Οὐ τοι δὴ τοῦτο γε λόγου ἔχει. Particulas τοι et δὴ conjungi posse negavi ad Euthydemum; neque hodie sententiæ meæ me pænitet. Quid hic legendum sit e sexcentis similibus locis si opera pretium esset, ostendi posset. L. οὐ τι δὴ τοῦτο γε λόγου ἔχει.

657. Pro δυνατὸν ἄρ' ἦν . . . θαρροῦντα certissimum est θαρροῦντι requisi. Causa erroris aperta est; credebat librarius θαρροῦντα ad proximum μέλη pertinere; de universa sententia ne somniavit quidem. Mox legitur, ἡ τῆς ἥδονῆς καὶ λύπης ζήτησις τοῦ κοινῆς ζητεῖν ἀεὶ μουσικῇ χρῆσθαι. Ut nihil de molesta iteratione dicum,—ζήτησις τοῦ ζητεῖ—sensus, qui qualis esse debeat ex præcedentibus facilime colligitur, nusquam apparent. Legendum est ἡ τῆς ἥδονῆς καὶ λύπης ὑφήγησις.

659. Satis magnam lacunam esse suspicor post ὁ Σικελικός τε καὶ Ἰταλικός νόμος. Mox pro νῦν αὐτοῖς δρῶσι πᾶν τούνατίον ξυμβαλνει—legendum: νῦν αὖ οἰς δρῶσι κ.τ.έ.

660. τοιαῦτ' ἄττ' εἶπον Ισως ὡστε σοι δόξαι ταῦτα ἐμὲ λέγειν. Cur ἐμὲ dixit ubi ne με quidem desideratur? Et quid sibi vult ταῦτα? Nam dicendum erat τὰ νῦν γυγνόμενα, quem sensum in ταῦτα frustra quæras. Lege, ὡστε σοι δόξαι τὰ κατ' ἐμὲ λέγειν.

663. δυνάμενόν μᾶλλον ποιεῖν μὴ βίᾳ ἀλλ' ἔκοντας πάντα

τὰ δίκαια. Fuit quam πάντα in πράγματibus mutandum suscipi-  
carer; sed requiritur δρᾶν vel ποιεῖν. Contra mendacium  
illud minus commode dicitur ποιεῖν τινὰ δρᾶν τι, præsertim  
adjecto οὐ βίᾳ ἀλλ’ ἔκουστα. Locus manifeste lacunosus  
est; lacuna autem plerumque ex similitudine duorum sese  
excipientium vocabulorum oritur. Quid multa? Credo  
**ΠΕΙΘΕΙΝ** ante **ΠΟΙΕΙΝ** omissum fuisse.

664. τάξεως δὲ αἰσθησιν τούτων ἀμφοτέρων τῶν ἄλλων μὲν  
ζώων οὐδὲν ἐφάπτοιτο. Nihil est ἐφάπτεσθαι αἰσθησιν τάξεως.  
Legendum αἰσθήσει. Similitur homines dicuntur τῷ νῷ  
ἐφάπτεσθαι τῶν δυντων. Cæterum eundem fuisse credo qui et  
casum et sedem vocis αἰσθήσει eadem de causa mutaverit;  
non enim hic sed statim ante ἐφάπτοιτο collocari debebat.

666. Inconcinne scribitur καλεῖν τούς τ’ ἄλλους θεοὺς καὶ  
δὴ καὶ Διόνυσον παρακαλεῖν. Si aliquid discriminis inter  
καλεῖν et παρακαλεῖν significare voluisset, scripsisset saltem  
καλεῖν τε τοὺς ἄλλους. Contra τοὺς τ’ ἄλλους καὶ δὴ καὶ  
Διόνυσον non possunt nisi ab uno eodemque verbo pendere.  
Reddamus ergo magistello suum καλεῖν. Μοx πολαν δὲ σου-  
σιν οἱ ἄνδρες φωνὴν ἡ Μουσαν præclare correxit Cobetus, qui  
non modo barbarum esse ἄσουσιν verum etiam cum φωνὴν  
minus commode jungi animadvertisit. Rectissime ἴέναι φωνὴν  
solennem locutionem esse docuit, et ἥσουσι reposuit.

667. οἶον δὴ λέγω ἐδωδῆ μὲν καὶ πόσει καὶ ξυμπάσῃ τροφῇ  
παρέπεσθαι μὲν τὴν χάριν, ἣν ἡδονὴν ἀν προσείποιμεν. ἣν δὲ  
ὁρθότητά τε καὶ ὡφέλειαν, ὅπερ ὑγιεινὸν τῶν προσφερομένων  
λέγομεν ἐκάστοτε, τοῦτ’ αὐτὸν εἶναι ἐν αὐτοῖς καὶ τὸ ὁρθότατον.  
Misere turbata sententia ne id quidem dicit quod dicendum  
erat: nempe, τὸ ὑγιεινὸν in cibo potuque τὴν ὁρθότητά τε καὶ  
ὠφέλειαν esse vel efficere. Sic infra legimus veritatem esse  
quæ in docendo τὴν ὁρθότητα καὶ τὴν ὡφέλειαν ἀποτελεῖ, in  
artibus autem imitatrixibus ἡ ἴσοτης, inquit, τὴν ὁρθότητα  
ἔξεργάζεται. Pro tam clara veraque sententia vide quid nobis  
scribæ obtulerint: *id quod vocare possumus ὁρθότητά τε καὶ*

ἀφελειαν εσσε τὸ ὄρθοτατον. Lege, τὴν δὲ ὄρθοτητά τε καὶ ἀφέλειαν, ὅπερ ὑγιειὸν τῶν προσφερομένων λέγομεν ἐκάστοτε, τοῦτ' αὐτὸν εἶναι ἐν αὐτοῖς τὸ παρεχόμενον vel simile quid.

668. καὶ τοῦτο γε μῶν κ.τ.έ. Idem primum ipse fidenter pronuntiat, tum ab alio quærit idemne sentiat. Atqui hoc nulla alia de causa facere potest, quam ne nimis fiduciam speciem præferat; hæc igitur sententia illius causa adjicitur. Quæ cum ita sint, non simplicem conjunctionem sed particulam in causa afferenda usurpari solitam requirimus. Lege, ἐπεὶ τοῦτο γε μῶν κ.τ.έ. Mox legitur, σχολῆ τὴν γ' ὄρθοτητα τῆς βουλήσεως ἡ καὶ ἀμαρτλαν αὐτοῦ διαγνώσται. Requiritur μυμήσεως. Scribebæ fraudi fuisse videtur altera illa literæ β̄ forma, quam in Codicibus et nonnullis antiquis libris impressis videmus, quæ cum μ facillime confunditur. Præterea αὐτοῦ in αὐτῷ mutandum. Quoties hæc permutentur omnibus notum est; novissime repertum exemplum in Euthydemō indicavi. In iis quæ mox sequuntur εἰ pro ἡ correxeram antequam idem a Boeckhio factum intellexi. Sed et aliæ facienda erant mutationes: Τ' οὖν; εἴ τις καὶ ἐν τούτοις ἀγνοοίη τῶν μεμυημένων ὃ τι ποτὶ ἔστιν ἔκαστον, ἀρ' ἂν ποτε τὸ γ' ὄρθως αὐτῶν εἰργασμένον γνοίη; λέγω δὲ τὸ τοιόνδε, οἷον τοὺς ἀρμοῦς τοῦ σώματος καὶ ἔκαστων τῶν μερῶν τὰς θέσεις εἰ ἔχει ὅσοι τ' εἰσὶν καὶ ὅποια παρ' ὅποια κείμενα τὴν προσήκουσαν τάξιν ἀπείληφε, καὶ ἔτι δὲ χρώματά τε καὶ σχήματα, ἡ πάντα ταῦτα τεταραγμένως εἰργασται. Post ἔκαστον, τῶν σωμάτων ε glossemate ortum ejeci, tum ἀριθμοὺς, quod prorsus absurdum est, correxi. Postremo καὶ ἔτι δὲ pro καὶ ἔτι δὴ cur reposuerim nemo mirabitur, qui particulas Græcas bene cognitas habet.

669. Άρ' οὖν οὐ περὶ ἔκαστην εἰκόνα καὶ ἐν γραφικῇ καὶ ἐν μουσικῇ καὶ πάντῃ τὸν μέλλοντα ἔμφρονα κριτὴν ἔσεσθαι δεῖ ταῦτα τρία ἔχειν; ὃ τ' ἔστι πρῶτον γνηνώσκειν, ἔπειτα ὡς ὄρθως, ἔπειθ' ὡς εὐ τὸ τρίτον εἰργασται τῶν εἰκόνων ἡτισοῦν ῥήμαστε καὶ μέλεσι καὶ τοῖς ῥυθμοῖς. Satis plenam enumerationem continent γραφικῇ καὶ μουσικῇ; nec si alia genera superessent

*πάντη* dixisset pro ἐν ἀπάσαις ταῖς ἄλλαις. Itaque deleto καὶ, *πάντη* in *πάντα* muto. Τὸ τρίτον glossema esse ex loco alieno, in quem invectum est, appareat. Pro καὶ τοῖς ῥυθμοῖς jampridem monui καὶ τρίτοις ῥυθμοῖς scribendum.

Infra scribendum: ποιηταὶ δὲ ἀνθρώπων σφόδρα τὰ τοιαῦτα συμπλέκοντες καὶ συγκυκῶντες ἀλλγροὶ γέλωτ' ἀν παρασκευάζοντες (τοῖς) τῶν ἀνθρώπων ὅσους φησὶν Ὁρφεὺς λαχεῖν ὕραν τῆς τέρψιος ταῦτα θρόσι πάντα κυκώμενα, καὶ εἴ τι διασπᾶσσοι οἱ ποιηταὶ, κ.τ.έ. Mox, nisi fallor, legendum: ὅποσον τάχους τε καὶ ἀπταιστας φωνῆς θηριώδους (οὗτο) σφόδρα ἐφίέται.

670. ὅσοι προσάδειν αὐτῶν καὶ βαίνειν ἐν ῥυθμῷ γεγόνασι διηγηγκασμένοι. Imo, προσάδειν αὐλῷ et ἐγνώκασι; hoc enim potius quam ἐπίστανται vel μεμάθηκασι adhibuit, quia supra γυγνώσκειν dixerat.

671. ὅπερ ὑπεθέμεθα κατ' ἀρχὰς ἀναγκαῖον εἶναι γήγενεσθαι περὶ τῶν νῦν γυγνομένων. Græcitas postulat ἐπὶ: quod quam sœpe cum altero confundatur tibi quidem notissimum est; verum hoc cape novissimum exemplum e loco qui paullo ante legitur: 670, E. méχρι δὲ τοσούτου παιδευθέντες ἀκριβεστέραν ἀν παιδεῖαν τῆς ἐπὶ τὸ πλήθος φερούσης εἰεν μετακεχειρισμένοι καὶ τῆς περὶ τοὺς ποιητὰς αὐτούς; tum γυγνομένων invitias libris et Eusebio, Astium secutus in λεγομένων libenter mutaverim, id quod Hermannus fecit, sed ut ex Præfatione apparet, invitus. Infra pro δν αἰδὼ τε καὶ αἰσχύνην θεῖον φόβον ἀνομάκαμεν, olim monui αἰσχύνης legendum esse. Sed nusquam quod sciām timorem illum θεῖον appellavit. Quare hodie retento αἰσχύνην, θεῖον φόβον, expellendum censeo.

672. Verba τῆς ψυχῆς τὴν γνώμην interpretur qui velit. Neminem unquam ea intellecturum esse persuasum habeo. Si hariolari liceret, partem scholii fuisse conjicerem, quo allegoria, quam in hac de Baccho fabula latere putabant, explicabatur. Cf. Olympiodorum citatum a Wyttenbachio ad Phædonem, § 16. Mox in loco pæne conclamato vide an

τερονενδυμένον είναι; καὶ ὅ τι ἀντίστητον ὁσηγή αὐτὸν τὰ ἐλάχιστα,  
ἀπάκτως αὐτὸν πηδᾶ.

676. "Οθεν περ καὶ τὴν τῶν πόλεων ἐπίδοσιν εἰς ἀφετήν  
μεταβαλλουσαν ἄμα καὶ κακίαν ἐκάστοτε θεατέον. Scribendum  
μεταβαλγούσων quis admonitus negabit? De universa sen-  
tentia parum solliciti librarii, eam fere regulam sequuntur ut  
adjectiva et participia cum proximo nomine concordare cogant,  
ipsorum antem nominum casus proximo verbo vel præpositioni,  
etiam quum alienissima est, accommodent. Hic inepte ἐπίδοσιν  
esse crediderunt quae μεταβαλνειν diceretur. Dabo exempla.  
Siç in 707 ubi sensus requirit, *ai διὰ τὰ ναυτικὰ πόλεων*  
δυνάμεις ἄμα σωτηρίας τιμᾶς οὐ τῷ καλλίστῳ τῶν πολεμικῶν  
ἀποδιδόσι, quum crederent ἄμα proximam vocem regere  
debere σωτηρίᾳ invenirent: quo jure vel sequentia ostendunt:  
διὰ κυβερνητικῆς γάρ καὶ πεντηκονταρχίας καὶ ἑρετικῆς [καὶ]  
παντοδαπῶν καὶ οὐ πάντι σπουδαλών ἀνθρώπων γυγνομένης (sc.  
σωτηρίας) τὰς τιμὰς ἐκάστοτος οὐκ ἀν δύναυτο ὄρθως ἀποδίδονται  
τις. In 709 dederunt καὶ χρόνον ἐπὶ πολὺν ἐνιαυτῶν πολλῶν  
πολλάκις ἀκαιρία, ubi ταντολογίαν vitabis scribendo πολλή.  
Nam πολλῶν ἐνιαυτῶν si de annis continuatis dicitur idem est  
quod χρόνον ἐπὶ πολύν; sin mali anni per intervalla veniunt  
sed frequentes, hoc voce πολλάκις declaratur. Cæterum τε  
post λοιμῶν delendum; nam frusta est Hermannus, qui  
ἀκαιρίας scribendo morbos illos in λοιμοὺς et ἀκαιρίας dis-  
pescit. In 717 absurdè scribitur μήδ' ὑπεραΐροντα τῶν εἰθι-  
μένων δύκων, ubi requiritur δύκον: corrige præterea τοὺς  
γεννήτας et τὸ δὲ μὴ . . . τοῦτο. Hoc enim πρεσβεύει, non  
qui hoc facit. Corruptelam in 720 ex eodem fonte ortam  
suspicio. Φέρε δὴ πρὸς θεῶν, τίν' ἄρα πρῶτον νόμον θεῖτ' ἀν  
ὁ νομοθέτης; ἀρ' οὐ κατὰ φύσιν τὴν περὶ γενέσεως ἀρχὴν  
πρῶτην πόλεων πέρι κατακοσμήσει ταῖς τάξεσι. Credo Pla-  
tonem scripsisse: τὸν περὶ γένεσιν, ὡς ἀρχὴν πρῶτην πόλεων,  
πρὶν κατακοσμῆσαι ταῖς τάξεσι. In 723 pro δή ἔστιν ὁ  
νόμος legē οὐ quod ab ἐπίταξι pendet. Non dixit τοῦ νομο-

θέτου, quia nomen illud paullo infra positurus erat. In 737 legitur: εἰρήσθω δὴ νῦν ὅτι διὰ τοῦ μὴ φιλοχρηματεῖν μετὰ δίκαιος. ἄλλη δὲ οὐκ ἔστιν οὔτ' εὐρέα οὔτε στενὴ τῆς τοιαύτης μηχανῆς διαφυγῆ. Lego δὴ νῦν, interpunge post φιλοχρηματεῖν, et corrigo μετὰ δίκαιος δὲ ἄλλη οὐκ ἔστι . . . . τῆς τ. μηχανὴ διαφυγῆς. μηχανὴ hic idem valet quod ὁδός; recte igitur στενὴ vel εὐρέα dicitur. In 746 legitur χρυσοῦ στερόμενοι καὶ ἐτέρων, ὃν δῆλος ὁ νομοθέτης προστάξων ἔστιν κ.τ.ε. Qui locum attente leget, sententiam, quae a verbis οὗτω ξύμπαντα γενόμενα pendet, e tribus partibus constare sentiet—1. ἀνδρας τε . . . . 2. καὶ ἔτερα, ἢ δῆλος . . . . 3. ἔτι δὲ χώρας τε . . . . In 781 ut recto talo stet oratio pro γυναικάς—ἀνάλωσιν φανεράν θεωρεῖσθαι quis non confiteatur γυναικῶν scribendum esse? In 789, ἐφ' ἵππων ὀχουμένων pro ἐφ' ἵππων ὀχούμενα scriptum sententiam penitus evertit. Hoc jam vidit Astius, quem Hermannus secutus est. In 791 pessime turbatum est in verbis ἐν δὴ καὶ τοῦτο εἰς ψυχῆς μόριον ἀρετῆς, quod sensu jubente refingendum est in ἐν δὴ καὶ τοῦτο εἰς ψυχῆς ἀρετὴν μόριον, τὴν τῶν παντελῶς παλῶν γυμναστικὴν ἐν ταῖς κινήσεσι κ.τ.ε. In 793, ἄλλα ὑφ' ἐτέρων, pro ἄλλο ἐφ' ἐτέρῳ dederunt. Qui librariorum ignorantiam quidem non negant, sed fidem prædicant, gratum mihi facient si in loco quem nunc apponam (p. 795) explicare voluerint unde orta sit participiorum aliorumque vocabulorum tam mirifica perturbatio. Τὰ δὲ μαθήματά που διττά, ὡς γ' εἰπεῖν χρήσασθαι (lege ὡς γε πᾶσι χρήσασθαι) ξυμβάνοι ἄν, τὰ μὲν—γυμναστικῆς τὰ δὲ . . . μουσικῆς. Τὰ δὲ γυμναστικῆς αὖ δύο, τὸ μὲν ὄρχησις, τὸ δὲ πάλη. Τῆς ὄρχήσεως δὲ ἄλλη (l. ἄλλο) μὲν Μούσης λέξιν μιμουμένων [f. ον], τὸ τέ μεγαλοπρεπὲς φυλάττον[τας] ἄμα καὶ ἐλεύθερον, ἄλλη (l. ἄλλο) δὲ εὐεξίας . . . ἔνεκα καὶ κάλλους . . . τὸ προσῆκον καμπῆς τε καὶ ἔκτάσεως, (sc. φυλάττον) [καὶ] ἀποδιδομένης ἐκάστοις αὐτοῖς αὐτῶν εὐρύθμου κινήσεως κ.τ.ε. Loco defungar qui in p. 802 sic legitur. πᾶσα δὲ ἀτακτός γε τάξιν λαβοῦσα

περὶ Μοῦσαν διατριβὴ . . . ἀμελῶν μυρίῳ. Mirabor si quis reponere dubitabit ἀτάκτου.

Nunc ad paginarum ordinem quem secutus eram redeo, et in p. 677, conjecturam proponam certissimam, quam quidem a Baitero didici ab alio occupatam, quod quidem minime miror, omnes enim habet veritatis notas; illud miror, ab ipso Baitero esse repudiatam. Πῶς γὰρ ἀν, ὡς ἀριστε, εἰ γ' ἔμενε τάδ  
οὗτω τὸν πάντα χρόνον ὡς νῦν διακεκόσμηται, καὶ νὺν ἀνευρίσκετό ποτε καὶ ὄτιον; ὅτι (l. οὐ τέ) μὲν γὰρ μυριάκις μύρια ἔτη διελάνθανεν ἄρα τὸν τότε, χίλια δ' ἀφ' οὐ γέγονεν (ἢ δις τοσαῦτ' ἔτη) τὰ μὲν Δαιδάλῳ καταφανῆ [γέγονε] τὰ δὲ Ὁρφεῖ κ.τ.ε. Et alterum quidem γέγονε Astius secludendum vidit; minus bene Hermannus prius cancellis circumdedit. Sed neque ille cætera corrupisset, nec Baiterus ὅ τι stare passus esset, si sententiæ structuram cum similibus apud Platonem reliquosque passim obviis contulisset. Non tua quidem, Vir Doctissime, sed tuorum discipulorum gratia exempla subjiciam. Cf. Legg. I. 647, D. ἢ τῇ μὲν δειλᾳ . . . σώφρων δὲ ἄρα κ.τ.ε. Phileb. 30, B. οὐ γάρ που δοκοῦμέν γε κ.τ.ε. Putidis-sima illa τοῦ γέγονεν iteratio admonet me ut hoc quoque vitium quam sæpe in his libris commissum sit exemplis ostendam. Et plura quidem in hoc ipso libro emblemata suo quodque in loco corrigere conabor; nunc duos tresve sequentes libros eodem consilio percurram. Primum idemque luculentissimum exemplum quoniam alias attuli, obiter tantum indicabo. 710. Σωφροσύνην μοι δοκεῖ φράζειν, ὡς Μέγιλλε, δεῖν εἶναι τὴν ξυνεπομένην δὲ ξένος. ἢ γάρ; ΑΘ: τὴν δημάδη γε, ὡς Κλεινία, καὶ οὐχ ἦν τις σεμνύνων ἀν λέγοι, φρόνησιν προσαναγκάζων εἶναι τὸ σωφρονέν, ἀλλ' ὅπερ εὐθὺς παισὶ καὶ θηρίοις, τοῖς μὲν ἀκρατῶς ἔχειν πρὸς τὰς ἥδονάς, ξύμφυτον ἐπανθεῖ, τοῖς δὲ ἐγκρατῶς. Lege τοῦ μὴ ἀκρατῶς, qua correctione facta falsa illa antithesis, τοῖς δε ἐγκρατῶς, in ventos abit.

In 715. τούτῳ φαμὲν . . . δοτέον εἶναι . . . ἀποδοτέον

*elva*, antiquum obtinuit ut, quum plures accusativos ab uno verbali in fine posito regi voluisse auctor, librarius, quem longior et artificiosior oratio ἀλογηνῶν faciebat, idem fere in principio poneret, quod in exitu invenisset, ut in duas partes disceptra sententia facilicet intellectu fieret.

716. τέ χρὴ δρᾶν η διανοεῖσθαι. Locum insipienti apparetur η perperam insertum esse. Nec vero si abesset in Clinice responsō δει διανοηθῆναι boni quidquam amissum crederem.

717. τοῖς [ἔμπροσθεν] ῥηθεῖσι νῦν δή. Vide quae infra ad p. 683, dicentur.

732. διὸ δὴ γελώτων τε εἰργεσθαι χρὴ τῶν ἔξαιστων καὶ δακρύων, παραγγέλλειν δὲ παντὶ πάντ' ἄνδρα καὶ ὅλην περιχάρειαν πᾶσαν ἀποκρυπτόμενον καὶ περιωδυνίαν εὐσχημονεῖν πειρᾶσθαι, κατὰ τε εὐπραγίας ισταμένου τοῦ δακμονος ἐκάστου καὶ κατὰ τύχας οἰου πρὸς ὑψηλὰ καὶ ἀνάντη δαιμόνων ἀνθισταμένων τισὶ πράξεσιν. Obiter moneo πόλιν ante ὅλην propter similitudinem verborum excidiisse, deinde ἐκάστῳ in ἐκάστου propter causam supra indicatam corruptam esse; postremo κατ' ἄπυχλας neglecta in κατὰ τύχας abiisse. Postquam hæc corrèxeris, videbis statim virum ipsum esse τὸν ἀνθιστάμενον ταῖς πράξεσι, hoc est fortunis præsentibus, εἴτ' εὖ εἴτε κακῶς πράττει, nec amplius quæres cui istud δαιμόνων debeatur.

733. ἐν φ δ' αὐτῷ βίᾳ ἵστοροπεῖ, καθάπερ ἐν τοῖς πρόσθεν δει διανοεῖσθαι, τὸν ἵστοροπον βίον ὡς τῶν μὲν ὑπερβαλλόντων τῷ φίλῳ ἡμῶν βουλόμεθα, τῶν δὲ αὐτοῖς ἐχθροῖς οὐ βουλόμεθα. πάντας δὴ δει διανοεῖσθαι τοὺς βίους ἡμῶν ὡς ἐν τούτοις ἐνδεδεμένοι πεφύκασι, καὶ [δει διανοεῖσθαι] ποίους φύσει βουλόμεθα· εἰ δέ τι παρὰ ταῦτα ἄρα φαμὲν βούλεσθαι, διά τινα ἄγνοιαν καὶ ἀπειρίαν τῶν δυτῶν βίων αὐτὰ λέγομεν. Τίνες δὴ καὶ πόσοι εἰσὶν βίοι, ὡν πέρι δει προελόμενον τὸ βούλητόν τε καὶ ἐκούσιον, ἀβούλητόν τε καὶ ἀκούσιον ἴδόντα, εἰς ιόμον ἑαυτῷ ταξάμενον, τὸ φίλον ἄμα καὶ ἥδυ καὶ ἄριστόν τε καὶ κάλλιστον ἐλόμενον ζῆν ὡς οἶόν τ' ἔστιν ἀνθρωπον μακαριώτατα. Eleganter sane in eadem oratione idem modo per ἐν φ δ' αὐτῷ βίᾳ ἵστοροπεῖ,

modo per τὸν ἵστρόπον βίου exprimitur. Etiam elegantius δεῖ διανοεῖσθαι ter repetitur. Quo jure antem alterum βουλόμεθα post οὐ additum fuerit, tum judicare licebit quum corruptissimam sententiam cui subjectum est correxerimus. Quid multa? Scripta Plato: δεῖ διανοεῖσθαι ὡς τῶν μὲν ὑπερβαλλόντων τῷ φίλῳ ἥγτον βουλόμεθα, τῶν δὲ αὐτοῖς ἐχθροῖς οὐ. πάντας δέ τοὺς βίους ἡμῶν, ὡς ἐν τούτοις ἐνδεδεμένοι πεφύκασιν, ὅπόσους φύσει βουλόμεθα. Tum pro autē legorū oīta, et mox satis probabiliter mihi correxisse videor: ὀντερ δεῖ προελόμενον τὸν βούλητόν τε καὶ ἔκουσίον ἀβουλήτων τε καὶ ἀκουσίων, ἴδιόν τιν' εἰς νόμον ἔαντφ ταξάμενον κ.τ.έ.

737. Ridiculum est supplementum in verbis ταύτης δὲ σαθρᾶς οὐσῆς τῆς [μετα] βάσεως, adjectum scilicet propter μετάβασιν paullo supra memoratam.

741-2. Πρὸς τούτοις δὲ ἔτι νόμος ἔπειται πᾶσι τούτοις, μηδὲ ἔξεναι χρυσὸν μηδὲ ἄργυρον κεκτήσθαι μηδένα μηδενὶ ἴδιώτῃ, νόμισμα δὲ ἔνεκα ἀλλαγῆς τῆς καθ' ἡμέραν, ἢν δημιουργοῖς τε ἀλλάπτεσθαι σχεδὸν ἀναγκαῖον, καὶ πᾶσιν, ὅπόσων χρεὰ τῶν τοιούτων, μισθοὺς μισθωτοῖς δούλοις καὶ ἐποίκοις ἀποτίνειν. Quam foede interpolatus sit hic locus optime apparebit, si resectis quæ aliena manus invexit Platoni suum sensum simul et nitorem reliquero. Delenda ergo quantocius ἀλλάπτεσθαι et τῶν τοιούτων μισθούς.

744. Quis non mirabitur satis ferreum fuisse quemquam, ut ad verba πολλῶν ἔνεκα τῶν τε κατὰ πόλιν καιρῶν ἵστρητος de suo alterum ἔνεκα adjiciendum putaret?

780. "Ο δὴ ἔλεγον, ὅτι θαυμαστὸν δὲ τοῦτό ποτε καὶ φοβερὸν ἐπιτάξαι τισὶ νῦν οὐχ ὁμοίως τῷ προστάττοντι δυσχερὲς ἀν εἴη νομοθετεῖν αὐτό. τὸ δὲ ἔξῆς τούτῳ πεφυκός τε ὄρθως ἀν γύγνεσθαι γυγνόμενον, νῦν δὲ οὐδαμῇ γυγνόμενον, ὀλίγου τε ποιοῦν τὸν νομοθέτην, τὸ τῶν παιζόντων, εἰς πῦρ ξαίνειν καὶ μυρία ἔτερα τοιαῦτα ἀνήνυτα ποιοῦντα δρᾶν, οὐ δέδιον οὔτ' εὐπεῖν οὔτ' εἰπόντα ἀποτελεῖν. Lege, deleto τε, νῦν δὲ οὐδαμοῦ γυγνόμενον ὀλίγου ποιοῦν τὸν νομοθέτην κ.τ.έ.

782-3. Τοῦ λέγοντος ἄλλο τι δὲν πράπτειν, πλὴν τὰς ἡδουνὰς καὶ ἐπιθυμίας τὰς περὶ ἀπαντα ταῦτα ἀποπληροῦντα λύπτης τῆς ἀπάστης ἀεὶ δὲν σφᾶς ἀπαλλάττειν. Fuit quum suspicarer δὲν sententia adjuvandæ causa a nescio quo intrusum. Sed fortasse mero stupori imputandum literas *AEI* repetentis.

790-1. ὅταν οὖν ἔξωθεν τις προσφέρῃ τοῖς τοιούτοις πάθεσι σεισμόν, ἢ τῶν ἔξωθεν κρατεῖν κίνησις προσφερομένη τὴν ἐντὸς φοβερὰν οὐσιαν καὶ μανικήν κίνησιν, κρατήσασα δὲ γαλήνην ἡσυχίαν τε ἐν τῇ ψυχῇ φαίνεται ἀπεργασαμένη τῆς περὶ τὰ τῆς καρδίας χαλεπῆς γενομένης ἑκάστων πηδήσεως, παντάπασιν ἀγαπητὸν τι, τοὺς μὲν ὕπνου λαγχάνειν ποιεῖ, τοὺς δὲ ἐγρηγορότας ὀρχουμένους τε καὶ αὐλουμένους μετὰ θεῶν, οἷς ἀν καλλιεροῦντες ἔκαστοι θύωσι, κατειργάσατο ἀντὶ μανικῶν ἡμῶν διαθέσεων ἔξεις ἔμφρονας ἔχειν. Pro τὰ τῆς ex dittographia ortis reponε τὰς, et lege παντάπασιν ἥγεῖται ἀγαπητὸν εἰ τοὺς μὲν ὕπνου κ.τ.έ. Quo facto statim videbis φαίνεται propter non intellectam orationis structuram non admodum apte excoigitatum. Ut hic εἰ in τι sic contra in 740 τισὶ in εἰσὶ corruptum est, ubi legendum τισὶ τιμᾶς τε καὶ ἀτιμίας. Præterea pro αὐλουμένους requiri videtur καταυλουμένους.

Quis paulo cordatior in 792 ferat δὲ νυνδὴ προσεῖπον ὡς Ἰλεων [ὄνομάσας] ? aut in 796 μετὰ φιλονικίας τε καὶ καταστάσεως διαπονούμενα [μετ'] εὐσχήμονος ?

In 798 διεξεργάζοντ' e dittographia ortum est ; ἔξ et δι sære confundi rectissime monuit Cobetus. Hinc duplex nata est lectio, ἔξεργάζοιτο et διεργάζοιτο, quarum illa præferenda est.

In 817, sententiam hunc ad modum constructam offerunt Codices. μὴ δὴ δόξῃτε ἡμᾶς ῥᾳδίως γε οὕτως ὑμᾶς ποτὲ παρ' ἡμῶν ἔάσειν σκηνάς τε πήξαντας κατ' ἀγορὰν καὶ καλλιφώνους ὑποκριτὰς εἰσαγαγομένους, μενίζον φθεγγομένους ἡμῶν, ἐπιτρέψειν ὑμῶν δημηγορεῖν πρὸς παῦδάς τε καὶ γυναικας καὶ τὸν πάντα δχλον, τῶν αὐτῶν λέγοντας ἐπιτηδευμάτων πέρι μὴ τὰ αὐτὰ ἅπερ ἡμεῖς, ἀλλ' ὡς τὸ πολὺ καὶ ἐναντία τὰ πλεῖστα.

σχεδὸν γάρ τοι καὶ μανούμεθα τελέως ἡμεῖς τε καὶ ἄπασα ἡ πόλις, ἣτις οὖν ὑμῖν ἐπιτρέποι δρᾶν τὰ νῦν λεγόμενα. Exemplorum, quae jam attuli, satis magna copia est, ut omni disputatione supersedeam, jubeamque ἐπιτρέψειν ὑμῖν facesse. Præterea corrige, [ἡ] πόλις, εἰ ἡτισοῦν. Infra in eadem pagina legimus, προϊόντες ἐπὶ τῷ τέλει δεῖξομεν, quae quoniam inter se pugnant (qui enim ἐπὶ τῷ τέλει, est προιέναι jam desiit), unum alterumve assutum fuerit necesse est. Atqui ipsa rei natura demonstrat legem, qua de agitur, ad finem reservandam fuisse; itaque deleatur προϊόντες.

818. Δοκεῖς ἡμῖν, ὡς ξένε, φοβεῖσθαι τὸ τῆς ἡμετέρας περὶ τῶν τοιούτων ἀπειρίας ἔθος. οὐκονν ὄρθως φοβεῖ· πειρώ δὴ λέγειν μηδὲν ἀποκρυπτόμενος ἔνεκα τούτων. ΑΘ. Φοβοῦμαι μὲν καὶ ταῦτα, ἀ σὺ νῦν λέγεις, μᾶλλον δὲ τι δέδοικα τοὺς ἡμμένους μὲν αὐτῶν τούτων τῶν μαθημάτων, κακῶς δὲ ἡμμένους. οὐδαμοῦ γὰρ δεινὸν οὐδὲ σφοδρὸν ἀπειρίᾳ τῶν πάντων οὐδὲ μέγιστον κακόν, ἀλλ' ἡ πολυπειρία καὶ πολυμαθία μετὰ κακῆς ἀγωγῆς γίγνεται πολὺ τούτων μείζων ζημία. Τὸ τῆς ἡμετέρας ἔθος quid sit intelligo; sed ἀπειρίας ἔθος ne conor quidem intelligere, quippe qui certus sim nullam unquam ἀπειρίαν ἐκ τοῦ εἰδίσθαι oriundam esse. Quis autem bonus scriptor ἀπειρίαν περὶ τῶν τοιούτων dixit? Quamobrem ἀπειρίας mihi quidem vehementer suspectum est; quae vero sequuntur non sunt interpolata quidem sed turpissima vitia contraxerunt, quae hac data occasione eluam. Lege: οὐδαμῇ γὰρ δεινότατον οὐδὲ ἡ σφόδρα ἀπειρίᾳ οὔτε μέγιστον τῶν πάντων κακόν. Quod ordinem etiam vocum mutavi, non sine causa et hic mihi fecisse videor, et multis aliis in locis libenter facerem, sed nusquam fidentius quam in 727. οὐδέ γ' ὅπόταν χρήματά τις ἔρι κτᾶσθαι μὴ καλῶς, ἢ μὴ δυσχερώς φέρη κτώμενος, ubi alterum μὴ post φέρη ponendum est. Sed antequam hunc locum dimittam libet conjecturam proferre, qua corrupta illa quae mox leguntur sanari posse existimo. Itaque lego, μετὰ παιδιᾶς τε καὶ ἡδονῆς μανθάνει μῆλων τε τίνων διανομαῖς καὶ

*στεφάνων πλεύσιν ἄμα καὶ ἐλάπτοσιν ἀρμόττοντ' ἀριθμόν,  
τῶν τ' αὐτὸν πυκτῶν καὶ παλαιστῶν ἐφεδρείας τε καὶ συλληξένι  
ἐν μέρει καὶ ἐφεξῆς, καὶ ὡς πεφύκασι γίγνεσθαι.*

Vocabulum non justo loco positum magistelli pravam sedulitatem prodit in 820. ἔσικε γοῦν ἦ τε πεττεῖα καὶ ταῦτα ἀλλήλων [τὰ μαθήματα] οὐ πάμπολυ κεχωρίσθαι. In eadem pagina, ut hoc obiter moneam, personæ turbatæ sunt, et quæ Atheniensi pertinent, Cliniæ continuantur; eundem enim decebat qui κείσθω ταῦτα dixit, conditionem adjicere, κείσθω μέντοι καθάπερ ἐνέχυρα. Atque hæc mutatio aliqua etiam Codicum auctoritate nititur. At enim prohibent verba ὡς ξένε, quæ Cliniæ, non Atheniensi, in ore poni solent. Hoccine est Critici partes agere? propter duo vocabula quæ nemo e scribarum gente inserere dubitaret, si forte post personas confusas ὡς *Κλεινία* non convenire credidisset, artissime cohærentem sententiam in duas partes diserpere!

Exemplorum hanc ad rem pertinentium finem faciam in p. 821. ἐν γὰρ δὴ τῷ βίῳ πολλάκις ἔόρακα καὶ αὐτὸς τόν θ' Ἔωσφόρον καὶ τὸν "Ἐσπερον καὶ ἄλλους τινὰς οὐδέποτε ἵοντας εἰς τὸν αὐτὸν δρόμον ἀλλὰ πάντη πλανωμένους, τὸν δὲ "Ηλιόν που καὶ Σελήνην δρῶντας ταῦθ' ἀ ἀεὶ πάντες ξυνεπιστάμεθα. Lege, δρῶντας ταῦτ' ἀεὶ, π. ξ. Sed hoc quoque, dum Hermanni editionem percurro, ab illo jam factum invenio.

Nunc ad tertium librum revertamur et ad p. 678, in qua contrarium errorem bis admissum reperiemus. Nam in ἀρ' οὐκ ἀσμενοὶ μὲν ἑαυτοὺς ἐώρων δι' ὀλιγότητα ἐν τοῖς περὶ ἐκείνον τὸν χρόνον—οὖν ante οὐκ, καιροῖς ad finem inserendum. Sic in p. 822, una litera omissa sensum obscuravit. Lege (ut etiam Hermannum conjectisse video, nisi quod alieniore loco supplementum inseruit), νῦν δὲ δὴ περὶ θεοὺς ταῦτα ταῦτα ἔξαμαρτανόντων ἡμῶν, ἀρ' οὐκ οἰόμεθα (δ) γελοῖον τὲ καὶ οὐκ ὄρθον ἐκεῖ γυγνόμενον ἢν ἀν τότε, νῦν ἐνταῦθα καὶ ἐν τούτοις γίγνεσθαι. Ut hic ἀρ' οὐκ οἰόμεθα dicitur, sic in 711, καὶ πῶς (οὐκ), οἰόμεθα scriptum erat, quod scribæ in καὶ πῶς

οιώμεθα corruperunt. Tralatitius est scribarum error ut particulam negantem, præsertim ubi artificiose adhibetur, omittant. In 742 ad med. legimus : ἔστι δὲ μὲν ἀγαθὸς τούτων, δὲ δὲ κακός, ὅταν οὐ φειδωλός· τότε δέ ποτε καὶ πάγκακος. Tu qui locos memineris, qualem in Helena v. 652 legimus, δυεῖν γὰρ ὄντοιν οὐχ ὁ μὲν τλήμων δὲ οὐ—nullo negotio Platonis manum in his agnosces : ἔστι δὲ, οὐχ ὁ μὲν ἀγαθὸς τούτων δὲ οὐ· κακὸς δὲ ὅταν οὐ φειδωλός, ὅταν δὲ μὴ, τότε καὶ πάγκακος. In Philebo 14, aliud agens sententiam reliqui sibimet contradicentem : ἐν γὰρ δὴ τὰ πολλὰ εἶναι καὶ τὸ ἐν πολλὰ, θαυμαστὸν λεχθέν, καὶ ῥάδιον ἀμφισβητῆσαι τῷ τούτων ὀποτεροῦντι τιθεμένῳ. Non negligendum quod Coislinianus ἀμφισβητῆσαι ἀν habet. Lege, καὶ οὐ ῥάδιον ἀ. αὐ κ.τ.έ. In Hyperidis Epitaphio, 200, οἷμαι δὲ καὶ τοὺς τὴν πρὸς ἀλλήλους φίλους τῷ δῆμῳ βεβαιότατα ἐνδειξαμένους, λέγω δὲ Ἀρμόδιον καὶ Ἀριστογέτονα, ΟΤΘΕΝΟΤΣ οὔτως αὐτοῖς οἰκειΟΤΕΡΟΤΣ ὑμῖν εἶναι νομίζειν ὡς Λεωσθένη—legendum : οὐδέν’ οὐθὲ οὔτως αὐτοῖς οἰκείους οὐθὲ ὑμῖν εἶναι νομίζειν. Vides nullam a me factam esse mutationem quae Palaeographiæ peritis non videatur facillima. Nam et Θ cum C et utrumque cum E confundi quis ignorat? De confusione literarum T et T ego pauca ad Iph. Taur., Cobetus multa et exquisita in Varr. Lectt. adduxit. In 736 legendum : τὰ δὲ (ἀπὸ)νεμομένους, ut in 739, ἀπονείμασθαι τὸ φίλον αὐτῷ. In 739, locum quem lacunosum esse arbitror cum debitiss supplementis describam : καὶ κατὰ δύναμιν οὕτινες νόμοι μάνιν ὅτι μάλιστα πόλιν ἀπεργάζονται (ζητούντας), τούτων ὑπερβολῆς πρὸς ἀρετην οὐδεὶς ποθ' ὅρον ἄλλον θέμενος ὄρθοτερον οὐδὲ βελτίω θήσεται. Εἰ μὲν δὴ τοιαύτη πόλις ἔστι που, θεοὶ δὲ η πάνδεις θεῶν κ.τ.έ.

679. ὅσαι δὴ κατὰ πόλιν μόνον αὐτοῦ δίκαιοι καὶ στασεις λεγόμενα, λόγοις ἔργοις τε μεμηχανημέναι πάσας μηχανας—. In corrupto mononauitou quærendum est aliquid quod ad λόγοις ἔργοις τε respondeat: itaque vestigiis literarum insistens lego ὄνόματι. Memineris vocem αὐτοῦ ita saepe scribi ut syllaba

finalis supra lineam compendiose scripta ponatur, vel a solo τ  
repræsentetur. Hinc factum est quod in 717, βέλη δ' αὐτοῦ  
καὶ οἷον ἡ τοῖς βέλεσιν ἔφεσις, αὐτοῦ a scriba positum sit qui  
in suo codice nihil præter aū, quæ vera lectio est, ante oculos  
habebat. Cujus erroris et supra et in Euthydemus exemplum  
oblatum est. Cæterum nescio compendiisne tribuendum sit  
an evanidæ scripturæ, an meræ negligentiæ, quod integræ  
voces tam sœpe in his libris permittentur; velut exempli  
causa in 722, πειθοῖ κεραυνύντες τὴν μάχην posuerunt pro  
ἀρχήν, in 736, πειθοῖ . . . διαβασανίσαντες scripserunt pro  
πείρᾳ, et mox, nisi fallor ὑπάρχειν pro ἀπ' ἀρχῆς: tum in 780,  
οὐδὲ δὴ καὶ νῦν ἔφεστηκε περὶ τὸ λεγόμενον, πείρα manifeste  
flagitatur; “periculum in promtu est, ut aiunt.”

682. θείου γὰρ οὖν δὴ καὶ ἐνθεαστικὸν δν γένος ὑμνωδῶν  
hunc ad modum corruptum est: θ. γ. ο. δ. καὶ [τὸ ποιητικὸν]  
է. δ. γ. ὑμνωδοῦν.

683. Pro ἦν ὑμεῖς ἔφατε κατοικεῖσθαι, legendum κατω-  
κισθαι. Infra legitur: νῦν δὴ μὲν δλίγον ἔμπροσθεν. Quum in  
Præfatione ad Phædrum monuissem δλίγον ἔμπροσθεν  
glossema esse τοῦ νῦν δῆ, egregie sententiam meum confirmavit  
Cobetus, cuius perdoctam et peracutam disputationem tu pro-  
cul dubio non minoris facis, quam omnia facere soles quæ  
sedulum veritatis investigatorem produnt.

In 684, delendum est τὸν αὐτὸν λόγον post ζητήσομεν a  
librario e linea superiore repetitum. Mox in Atheniensis  
oratione, οὐκοῦν τόδε γε legendum, in Megilli responso, Τὸ  
ποῖον.

In 685, jamdiu monui τίνων οὖν ἀν σκέψιν καλλίω ποιησα-  
μεθα πέρι νομοθετῶν legendum. Mox pro ἡττᾶσθαι lege  
ἡττῆσθαι, et pro καὶ τὸ βεβαίως quod ferri nequit sequente  
καὶ χρόνον, διὰ τὸ βεβαίως reponendum.

686. Deleatur εἶναι post κεχρημένους. Tum nisi fallor men-  
dosum est σχολῆ γὰρ οὖν δή τις ἀλλο σκοπῶν, pro quibus  
reposerim σχολῆ γ' ἀν οὖν δή τις ἀλλόσε σκοπῶν—quæ vero

sequuntur fidentius corrigo. Τοῦτο μὲν ἄρα, ὡς ἔοικεν, εὐτυχῶς πῶς ἐμβεβήκαμεν γε εἰς τινα σκέψιν ἵκανήν. Lege, τούτῳ, et (ὅς) γ' εἰς τὴν σκέψιν ἵκανῷ.

687. Emblema est alterum πῶς quod qui primus scripsit non pro enclitico sed pro interrogatione haberri volebat; interrogativum jam antea a se scriptum esse vel non animadvertebat, vel repeti posse credebat. Alterum, idque impudentissimum emblema est, quod in fine orationis legitur, μῶν οὐ τούτων χάριν ἐπιθυμοῖεν ἀν; nam neque tempus illud, ἐπιθυμοῖεν, de antiquis illis recte poneretur, et manifeste aliud quaeritur: οὐκ ἀν ἔτυχον τοῦ καιροῦ; “nonne propositum finem attigissent?”

688. Scriba ἐπαναμιμήσκω intransitive positum putabat, et ut esset aliquid unde τὰ λεχθέντα penderet, εἰ μεμνήμεθα infersit. Infra pro ἀλλὰ τάναντία lege, ἀλλ' ἡ τάναντία. Mox pro καὶ νῦν, εἴ που γίγνεται, legendum: καὶ νῦν που γίγνεται. Eadem correctiones in loco satis salebroso, p. 807, init. faciendae videntur: ἀλλ' ἡ τρόπῳ, deleto δεῖ, et ὡς καὶ νῦν ζητοῦμεν ἀν ἵσως, ἀλλ' οὐκ ἀν ποτε γένοιτο.

689. Delendum ἡ ψυχὴ; hic non amplius de anima sola disputat, sed de civitate primum, tum de anima utpote civitatis simili. Mox pro ἀλλὰ δὴ, conjicio ἀλλ' γ. Tum infra λεγόμενον in λελεγμένον mutandum.

690. Insulsam lectionem πατρὸς καὶ μητρὸς, e male lectis compendiis ortam, omnes quod sciām editores retinuerunt. Scribendum, πάτερας καὶ μήτερας.

691. Pro καὶ τὸ πολὺ legendum ἐπὶ τὸ πόλυ. Infra legitur, ὅστε μὴ τῆς μεγίστης νόσου ἀνοίας πληρωθείσα αὐτῆς τὴν διάνοιαν μῆσος ἔχειν πρὸς τῶν ἐγγύτατα φίλων. Quis non videt legendum esse αὐτὴν δι' ἀνοίαν?

693. "Οταν πρὸς τὸ σωφρονεῖν φῶμεν δεῖν βλέπειν—imo, πρὸς τὸ ἐλεύθερον, quod nisi restituatur, tota labefactetur disputatio. Mox dele putidum emblema in πρὸς ὁ τι [βουλόμενος] ἔμελλες λέγειν.

694. Φέρει γοῦν ἡμῖν σκέψιν τοῦτο ἐφ' ὅπερ ὠρμήκαμεν.  
*Lege* τοῦ, ἐφ' ὅπερ. *Mox* deleatur τούτων inter ἐπιδεεῖς δῆτας  
*et οὐδενὸς* positum.

In 695, duæ sunt lacunæ, altera inter παραλαβόντες δ' οὖν  
*οἱ παῖδες τελευτήσαντος Κύρου . . . . . τρυφῆς μεστοὶ καὶ*  
